

Φθόνον ἡμᾶς καὶ βασικίαν ἐξάγγελον. τι δὲ τὰ ἐναντία; πενία, αἵτι-  
μία, τὸ καῖα φρονεῖδαι, τὸ ἀπερδίφθαλμον, τὸ μηδεμίαν ἔχειν οὐχίν; αλλὰ  
τὰῦτα μὲν ἐν ἡμῖν. τὰ δὲ παρὰ αὐτούς παραπομπαν, πονηρίαν, ἐπιβλαστήν, δόλον,  
συκοφαντίαν, περισάσσεις μυρίαν ὁμοίως καὶ τὰ παρὰ τῶν δαιμό-  
νων, αἴρχαι, ἐξεσίαν, κοσμοκράτορες τῷ σκότῳ τῷ αἰώνος τέττα, τὰ  
πνευματικὰ τῆς πονηρίας &c. Vix Dei populus in fugam  
se coniecerat, & ex tristissima captiuitate Aegyptiaca  
egressus erat, mox Pharao insequebatur eum, ac nil nisi  
mortem & interitum comminabatur singulis, Exod.  
XIV, 6. Ita cum in baptismo ex immani immundi spiri-  
tus tyrannide eripimur, infernalis iste Pharao, saluti ac  
felici liberationi inuidens, formidoloso satellitio stipa-  
tus, armis nos petere non desistit, sperans fore, ut aut  
cuncti submergamur, aut ad pristinum seruitium vel spon-  
te reuertamur. Coniunctis viribus tunc obluctandum  
est, illudque Christi exequendum: Ἀγωνίζεσθε, Luc.  
XIII, 24. *Libentius te insequitur aduersarijus fugientem, quam su-  
stinet repugnantem, & audacius insit a tergo, quam resistat in  
faciem,* scribit BERNHARDVS ep. I. col. 757. Maxime  
vero Pastorum Euangelicorum est σρατένειν. Hos σρα-  
τένειν oportet τὴν καλὴν σρατείαν, 1. Tim. I, 18. quod est &  
κατὰ σάρκα σρατένεδαι 2. Cor. X, 3. sed τὸν αγῶνα τὸν καλὸν  
ἀγωνίζεδαι, 2. Tim. IV, 7. Hi specialiter vocantur καλοὶ  
σρατιῶται Ἰησὺς Χριστός, 2. Timoth. II, 3. iisque ut fortissimis  
(liceat ad eos SENECAE verba paulisper immutata ap-  
plicare, quae habet in peculiari de Prouidentia diuina  
conscripto libro, cui titulus: *Quare bonis viris mala acci-  
dant, cum sit prouidentia?* cap. IV.) maxime periculosa imperan-  
tur; dux ipsorum & Archistrategus Christus, eos veluti le-  
tissimos mittit, qui praeclarissimo hostes aggrediantur animi ro-  
bore, aut explorent iter, aut praefidum loco decident. Nemo ta-  
men eorum, qui exeunt, dicat: *Male de me Imperator meruit, sed:  
bene iudicauit.* Quae militia? quae militum requisita? qui  
hostes? quae arma? qui honores quodque brabeum?  
iam ordine exponendum sumo.

CAPVT